



Ericus filius fuit Gothori, nepos Gogi, et abne-
 pos Magogí. hūc Gothi eo tempore quo Sig-
 go apud Sueones regnabat, Anno mundi 2050. sibi
 regem elegerunt. erat enim multis artibus & disci-
 plinis instructus: præterea magna fortitudine pre-
 ditus. Itaque suis iustas & salutares leges, quatenus
 rudis illa ètas permisit, constituit, & Gothorū rem-
 publicam in meliorem formam reduxit. Hinc fa-
 cili ut aliqui ob res bene administratas eū primum
 ad Septentrionē Germanorū regē constituerunt.
 Cum etiā eius tēpore populi Septētrionales adeō
 multiplicati essent, ut Scandiana insula eos uix am-
 plius caperet, magna hominum manus Erici regis
 iussu uersus Occidentem ad uicinas insulas missa fuit, quæ longo pōst tempo-
 re Danicæ uel Cimbricæ insule nominatę fuerunt. In ihs locis noui incolæ diu
 sine rege uixerunt, atq; præfectis à regibus Sueonum constitutis paruerunt,
 donec tandem Humelus Gothorum rex post multa secula filium suum Da-
 num ihs regem dederit, id quod suo loco explicabitur. Quanquam uero Ericus
 optimis moribus esset præditus, id quod etiam rithmī in eius memoriam
 compositi, & pro more patrio decantati significant, tamen sub eo homines à
 patrum monitis declinates, uarios idolorū cultus amplexi sunt. postea quoq;
 in omnis generis scelera, rapinas, furta, latrocinia, & libidines prolapsi, effe-
 runt ut per 400 & amplius annos in ihs locis nihil amplius memorabile fa-
 ctum fuerit. licet etiam scriptorum inopia multa uirtutis monumenta oblita-
 rata sint, id quod postea ex maximis saxis, quibus uarijs figurarum lineamen-
 tis res memorabiles insculpsérūt, prudentiores cognoscere potuere. Inter me-
 dio illo tempore rebus ihs in locis præfuerunt Vddo, Alo, Othen, Carolus, Bi-
 orno, Gethar, Gett, & alij, quorum solum nomina ex publicis Gothorum an-
 nalibus deprehensa sunt. Sueones uero tunc ab eis diuisi, magna ex parte sub
 iudicibus egisse dicuntur. Ioan. Mag. Hist. Goth. lib. i. cap. 8. & 13.